

Dissertationes, quae in hoc volumine continentur,
sunt Lequentes.

- 1) Hambergi Facionis Dissertationum Academicorum
- 2) Sturmii Dissertationis de Perse publicio.
- 3) Wedleri Dissertationis de Phosphoro Mercuriali.
- 4) Eodem ^{Rabbi} Dissertationis de tempestate varietate.
- 5) Lauterbachii Dissert: de tripudio solis Peccatis.
- 6) Miti Dr:feol: de Zinde Lunari.
- 7) Waltheri Dissert: de Lente Crystallina.
- 8) Colmari Dissert: de lactynio s: yttis urteis.
- 9) Feverlini Dissert: de corporum natalium potis.
- 10) Eysdem Dissert: de spatio vacuo.
- 11) Gauden Dissert: de Gyro Convolutorum.
- 12) Stadlerii Dissert: de Tuba Astoreo.
- 13) Kargaversi Dissert: de Tuba Astoreo.
- 14) Wedburgii Dissert: de Analyti Mathematico.
- 15) Eysdem Dissert: popior de Anal: Mathematico.
- 16) Graige Methodo figurarum linearum rectis et curvis comprehensarum.
- 17) Castellanius Curvulae cum tripli Exponitur de Quadratura circuli.
- 18) Wedburgii Dissert: de prastaria arithmeticis binaria pro decimali.
- 19) Zuteneversi Dissert: de prastaria arithmeticis decadica.
- 20) De lai-Bretheri Dissert: de Sectionibus infinitu alternatio.
- 21) Klauflins Dissert: Algebraico - Geometrico.
- 22) Lauterbachii Dissert: de dispositione fenestrarum.
- 23) Eysdem de quinque ordinum notabilis symmetria.
- 24) Wagneri Examen Methodi Renaldi.
- 25) Wagneri Dissertationis de Horis earumque varietate.
- 26) Hoppenstedts specimen Mathematici de machina Planaria.

- 27.) Wigelii Heraldica Cithi facies Europaene.
28.) Lauterbachs Commentarii Astronomia de veterum
atq; recentiorum aspectib;.
29.) Goldmayers oratione Mathematica.

collecta h. fl.
a

Joh. Wilh. Gvenfeidio Theol: et Math: Cultore
et. C. obsec XVIII.

A. D. G.

ARCHITECTONICAM EXERCITATIONEM

DE DISPOSITIONE
FENESTRARVM

ET

JANVARVM ICHNOGRAPHICA,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIP E AC DOMINO,

DOMINO

GVILIELMO HENRICO,
DVCE SAXONIE, JVL. CLIV. MONT. ANG. WESTPH. &c.

JVSSV GRATIOSO ORDINIS PHILOSOPHICI

QVI EST IN

FLORENTISSIMA JENENSI ACADEMIA
SVB PRÆSIDIOM. ANTONII BERNHARDI
LAVTERBACHII,

PVBLICO OMNIVM DOCTIORVM JVDICIO

EXPONET

IN ACROATERIO PHILOSOPHORVM

AD D. XXII. AVG. A. O. R. MDCCXVI.

FRID. WILH. HEYDENREICH,
MATH. & LL. ST. COTH. ANHALT.

JENÆ, Excudebat WERTHERVS.

IN EUDOXIUS MERTHEM

MATHIAS COELIUS HEYDENREICH

IN AEGROTAERIO PHILOSOPHORUM

PATRICO OMNIUM DOCTRINARUM TADICIO

EXPOSITUS

M. ANTONII BERNHARDI
FATTEGRACCHI

PARTEO OMNIAM DOCTRINAM TADICIO

EXPOSITUS

HERCULANI FABRICII
M. ANTONII BERNHARDI

SAB. PRESIDIIS
CATIELMO HENRICO

DACI SAXONIE. IAR. GLA. MONT. INC. WESTPH. AG.


LAURA GRATIOSO. ORDINIS PHILOSOPHIC


DOMINO
BECIOR. MENGELINCIUS AC DOMINA

JANAVRUM ICHNOGRAPHICA

HENESTRARIUM

DE DISPOSITIONE
ARCHITECTONICVM EXERCITIONEM







SYNOPSIS TRACTANDORVM.

Complectitur hæc mea Dissertatio 2 Capita: Primum agit de generali fenestrarum Januarumque distributione, in talibus muris, qui architectonicè haud ornantur.

Sectio hujus I. De parietibus rectâ procedentibus nec interrupitis quadam flexurâ (*Biegung oder Verkröpfung*) & quidem illis, in quibus nulla ponitur janua nec porta, sed saltem occurunt fenestrae cum suis intervallis.

Sectio II. tractat de illis muris, qui in medio sui continent januam, sive parietes excurrant rectâ; sive etiam una alterave distinguantur versura (*Wendung*)

Caput alterum differit 1) de Axium distantia in columnis, 2) de ornamentis fenestrarum aut januarum architectonicis, harumque inde determinanda distributione. 3) Profert generalia, de illa fenestrarum dispositione, si columnæ muris applicantur,

Deus nobis clementer annuat!

A 2

CA.

CAPVT I.

DE

Generali fenestrarum Januarumque distributione in omnibus parietibus, absque tamen columnarum aut alias architectonici ornatus consideratione.

SECTIO PRIOR.

DE

Continuis parietibus planis, nulla versura inflexis, in quorum rectitudine fenestræ occurunt, nulla tamen janua vel porta interveniente.

Præscienda.

Fenestrarum minima latitudo est 3 pedum maxima 5 pedum.
Latitudo januae primaria minima est 4 pedum, maxima autem 8 ped.

Portæ (*Thorfabre*) latitudo minima sit 9 pedum.

OBSERVATIO I.

Sit in fig. I. murus vel paries quidam A 4 in quo statuantur omnes fenestrarum aperturæ 1B, 2C, 3D inter se æquales, dentur etiam harum distantiæ A 1, B 2, C 3, D 4, quoque omnes ejusdem inter se magnitudinis, licet hic quidem sit perinde, sive intervalla simul etiam æquentur aperturis suarum fenestrarum, sive non. Hinc mente continuetur longitudo parietis 4 A versus O, eousque ut OA adæquet præcise unam fenestræ latitudinem 1B, quâ fenestra imaginariæ apposita, deprehendimus multitudinem fenestrarum fieri perpetuo æqualem multitudini suorum intervallorum, vgr. pro 4 intervallis supponuntur

tur etiam fenestræ 4, unde porro continget, ut unicâ circini di-
varicazione O 1 — AB, comprehendente unius fenestræ & in-
terstitii summam, possimus in dato muro A 4 exâete designare
omnes fenestras harumque competentes distantias, ponendo
scil. prima vice unum circini crus in O, & apertura O 1, notas
1. 2. 3. & 4 faciendo pro terminis fenestrarum sinistris, altera
autem vice inchoando ab A & in distantia AB im-
primendo puncta B. C & D pro harum lateribus dextris. Ra-
tio hujus satis est clara, cum enim per hypothesin O 1 — AB, si
hinc auferamus A 1 partem utrisque communem, erit OA — 1B
atque sic in fenestris omnibus aliis. Item, cum sit AB = 1. 2.
subtrahatur inde portio 1B communis, & relinquatur A 1 — B 2
& ita in ceteris distantiis omnibus.

OBSERV. Sive MEDITATIO II.

DEtur in fig. 2 paries aut murus FE à cuius extremitatibus E &
F introsum absinde aliquam portionem $1\frac{1}{2}$ aut 2 pedum
FA = E 4, residuum A 4 deinde in partes aliquot dispesce æqua-
les, Ag, gh, h 4, quæ non sint minores $5\frac{1}{2}$ vel 6 pedibus, ut singula-
ræ, vgr. Ag comprehendant unam fenestræ aperturam 1B cum
duabus circumpositis dimidiis partibus A 1 & Bg distantiaæ fe-
nestralis, ex parte ergo qualibet rursus reseca introsum portio-
nes A 1, gB, g 2, hC &c. inter se æquales, pro dimidiis fenestra-
rum interstitiis, & quidem ejus magnitudinis, ut in medio sui
linquant fenestras 1B 2C &c. justæ aperturæ.

OBSERV. III.

SIt fig. 1. murus aliquis A 4 in quo omnes fenestræ 1B. 2C &c.
Sint æqualataæ, omniaque harum intervalla A 1. B 2. sint seor-
sim inter se æqualia, auferatur jam à tota muri longitudine A 4

unica & quidem ultimæ fenestræ distantia A₁, si hinc residui I. 4. partes contemplemur, apparebit numerum fenestrarum vgr. hic ternarium, semper fieri intervallorum residuorum numero æqualem, id est, quoque 3, sic, ut unica & invariata circini aper-tura, vgr. I. 2. vel A B, (quæ componitur ex fenestræ unius latitudine, ejusque unica distantia,) possimus statim singulas fe-nestras cum suis interceptis distantias rite in A 4 ordinare, erunt enim portiones 12. 23. 34. item AB, BC, CD &c. omnes inter se æquales. Demonstratio hujus convenit prorsus cum superiori, in Observ. I. data.

Monita generalia.

I. *diminuendo et multiplicando.*

In sequentibus constructionibus per longitudinem muri aut parietis alicujus vgr. AB. fig. 5. divisioni fenestrarum inser-vientem, ubi vis intelligimus medium illud arithmeticum, AB quod deprehenditur inter externam ejus longitudinem CD at-que internam EF, terminaturque ducendo transversas CE & FD, sic enim distantia fenestrarum externa ab angulis G & D aliquan-tum ampliabitur.

II. *diminuendo et multiplicando.*

Ex præmissis observationibus saltem elegimus methodum primæ, ob singularem ejus simplicitatem; Possunt autem ex hujus varia resolutione aliorum modorum praxes facile inde colligi.

III.

Licet in omni muro aut pariete fenestræ & interstitia alter-natim seinvicem lateraliter sequantur, nos tamen interim, (doctrina gratia, & ut investigatio latitudinis illarum felicius procedat) omnes ejusdem contignationis fenestras in sequen-tibus

35 (7) 5

tibus praxibus contemplamur unam in summam quasi cont-
gestas (exclusis omnibus illarum distantiis) vgr. fig. 3, in muro AB
fenestræ colliguntur versus AC, cui summa AC porro in mente
unicam apponimus fenestram XA, supererit sic muri AB portio
CB cedens aggregato omnium intervallorum (omittendo hic
vice versa fenestras ipsis alias intercedentes) comprehendetque
summa XC meras fenestras & quidem totidem, quot sunt mera
interstitia in CB.

Si nunc ope hujus speculationis, (prout mox indicabimus)
invenimus fenestrarum & intervallorum latitudines, reliqua
perficiuntur geometricè per Obs. i. disponendo scil. fenestras al-
ternè cum suis distantiis illas ambientibus prout desiderabatur.

PRAXIS I.

Determinare in pariete plano fenestrarum intervallorumque
latitudinem, pro isto casu, quo perinde est, sive interstitia
sunt fenestræ æqualia sive non, ut sic proportio inæqualitatis per
se tantum resultet.

Regula. vid. fig. 3.

Elige tibi fixam quandam sed mediocrem fenestræ latitu-
dinem XA, vgr. $\frac{3}{4}$ aut 4 pedum, hancque in mente appone da-
ta longitudini parietis AB, summa XB dimidium XC divide per
electam fenestræ latitudinem XA, hinc discerne zplex quo-
rum discrimin.

1) Si quotus ex hac divisione resultans est numerus integer,
tunc hoc in casu nullo alio calculo amplius est opus, sed quotiens
ipse jam indicat multitudinem fenestrarum, (quæ saltem postea
unitate minuitur, propter appositam fenestram XA) estque quæ-
libet fenestra æquata cum suo interstitio.

EXEM-

36 (8) 58

EXEMPLUM I.

Sit paries AB $24\frac{1}{2}$ ped. fenestra XA (imaginaria) $3\frac{1}{2}$ ped. harum summae XB 28, dimidium XC $1\frac{1}{4}$ divide per XA $3\frac{1}{2}$, pro- venit quotus 4 integer, inde patet, parietem hunc AB constare ex 4 intervallis, tribusque fenestris, singulis $3\frac{1}{2}$ pedem existen- tibus.

Secundum 3tiumque quoti discrimen oritur à fractione quotienti interdum adhærente, quæ vel minor aut æqualis est dimidio unitatis, vel major eodem dimidio.

Si nunc quoti fractio minor aut æqualis est Unitatis dimidi- dio, illâ penitus abjecta, retine modo reliquum quotientis nu- merum integrum, & per hunc divide rursus priorem parietis summam, unâ fenestra mentali adauctam, ut habeas aggrega- tum ex fenestrâ suoque intervallo ortum.

EXEMPLUM II.

Sit murus AB $46\frac{1}{2}$ ped. fenestra XA 4, summa XB = $50\frac{1}{2}$. hujus dimidium XC $2\frac{1}{2}$, quod dividatur per XA 4, erit quotiens $6\frac{1}{3}$, retine ergo solum 6, pro novo divisore numeri $50\frac{1}{2}$, qui da- bit quotum $\frac{152}{18}$ sive $8\frac{4}{9}$ pro fenestrâ unius intervallique summa.

Si denique fractio quoti superat dictum unitatis dimidium, tunc istâ neglectâ, reliquum quotientem integra unitate auge, atque per hunc novum quotientem divide compositum ex toto pariete atque unica fenestra, obtinebis sic summam ex fenestra ejusque distantia conflatam.

EXEMPLUM III.

Detur paries AB $30\frac{1}{4}$, fenestra XA mentalis $3\frac{1}{2}$ horum sum- ma XB est $33\frac{3}{4}$, & dimidiata XC vel CB = $16\frac{1}{4}$ ped. hunc ergo nu-

¶ (9) ¶

numerum divide per $3\frac{1}{2}$, eritque quotus $4\frac{2}{3}$ pro quo sume, si itaque summam $XB 33\frac{3}{4}$ persividias, procreabitur tibi $6\frac{3}{4}$ pro fenestræ intervallique unius collecta.

Postquam sic in quolibet casu invenimus hanc summam, possumus jam in ipsa rei effectione procedere juxta geometricalm methodum in Obs. 1. consideratam.

NOTA.

Posset etiam fig. 3. longitudi AC constitui pars dimidia muri AB, cui postmodum adjiciatur una fenestræ latitudo AX, sic ut pars major XC vel minor BC tractari possit, prout jam diximus.

PROBLEMA.

Construere tabulam collectionis fenestrarum AB CD, ejusque usum ostendere.

Resolutio.

Ponantur in superiori ejus latere transversali AB à sinistra versus dextram varia fenestrarum aperturæ, à minima 3 pedum latitudine A, continuò versus B crescentes per $\frac{1}{4}$ pedis sive 3 pollices (quorum 12 constituunt 1 pedem) usque ad terminum maximum 5 pedum B, ita ut inde 9 oriantur radices totidem columnarum perpendiculariter descendenter, quarum numeri sub se invicem positi dependent à supremo per continuum, sui ipsius additionem, habebis sic plurium fenestrarum summas ejusdem aperturæ cum supra summa sunt cujuslibet columnæ.

Processimus hic quidem tantum usque ad summam 10 fenestrarum, poterit vero hæc tabula pro lubitu à quovis facile ulterius extendi.

B

Hujus

Hujus tabula: lateri sinistri AC adjecimus quoque aliam perpendicularē columnam numerorum ab Unitate A naturaliter per I versus C crescentium, tanquam indicem multitudinis usque ad fenestras decem C.

Sequitur jam ipsa tabula:

A						R			B
I.	3 p.	3. 3	3. 6	3. 9	4 pd.	4.	3	4.	6 4. 9 5
II.	6	6. 6	7. 7	7. 8		8.	6	9.	9. 6 10
III.	9	9. 9	10. 6	11. 3	12.	12.	9	13.	14. 3 15
IV.	12	13. 14	14. 15	15.	16.	17.	18.	19.	20
V.	15	16. 3	17. 6	18. 9	20	21.	3	22.	6 23. 9 25
VI.	18	19. 6	21.	22. 6	24	25.	6	27.	28. 6 30
VII.	21	22. 9	24. 6	26. 3	28	29.	9	31.	6 33. 3 35
VIII.	24	26.	28.	30.	32	34.	36.	38.	40
IX.	27	29. 3	31. 6	33. 9	36	38.	3	40.	6 42. 9 45
X.	30	32. 6	35.	37. 6	40	42.	6	45.	47. 6 50
C						T.			D

Usus Tabulæ.

Si nunc cuidam videatur molestum, geminam instituere divisionem pro exacta determinatione spatiorum fenestrarum intercedentium, ipsarumque fenestrarum, poterit illi opportune inservire antecedens fenestrarum tabula, cuius usum jama explicabimus: Elige ergo per praxim I. mediocrem fenestræ latitudinem v. gr. $\frac{1}{4} \text{ p.}$, et amque in mente appone muro e. gr. $\frac{5}{3} \text{ p.}$; horum summam $\frac{5}{3} \cdot 6$ dimidia, & prodibit $\frac{2}{3} \cdot 9$ jam adi tabulam, & quare I.) in hujus latere supremo transversali AB fenestrâ $\frac{1}{4} \cdot 3$ in R, descendere hinc recta versus T, in columna hujus

hujus RT. perpendiculari, quarens 2.) dictum summæ dimidium 29. 9. (vel si illud non exacte ibi occurrat, sume numerum huic dimidio proprius accedentem) & ab hoc numero perge sinistrorum in linea horizonti parallela usque ad Columnam AC, ubi ostendes indicem VII. intervallorum, aut VI. fenestrarum, (fenestra enim illa mentalis debet rursus removeri) divide ergo totam parietis summam 59. 6. cuius dimidium in tabula fuit quæstitum, per indicatum divisorem VII, & quotus . $\frac{1}{4}$ in quolibet casu suppeditabit genuinum ex unica fenestra & sua distantia aggregatum.

Nota. In hoc quidem casu speciali, ubi hoc dimidium in tabula exacte aderat, saltem (omissa divisione) electa fenestra R, latitudo duplicetur pro summa fenestræ & intervalli.

Modus alius, absque Tabula præcedenti.

Considerabis in antecessum quod inter 2. inæquales divisores, qui eundem dividunt numerum, iste divisor producat quotum majorem, qui est minor altero divisiore, & contra: hinc addatur (in mente) una fenestra latitudo data longitudini parietis, quorum summam divide per assumtum aliquod fenestræ & interstitii aggregatum, hoc est, per duplum aut $1\frac{3}{4}$ vel $2\frac{1}{4}$ fenestræ latitudinem, quotus dat multitudinem intervallorum, & fenestrarum, (his autem rursus demendo illam appositam fenestram,) si nunc in divisione nil restat, tunc fortuito rem invenisti, poteris enim assumptam fenestrarum distantiam retinere sine ulteriori emendatione. Si autem aliquid supererit, considera quantitatem fractionis, num sit major vel minor unitatis dimidio, pro hujus enim variâ magnitudine & pro divisoris conditione, quotientis numer-

BS (12) 52

rus integer augetur vel minuitur unitate; per quotum ita cor-
rectum denuo divide summam ex muro & una fenestra com-
positam, quodque sic prodit, erit aggregatum unius fenestræ
uniusque intervalli.

PRAXIS II.

INvenire in quolibet pariete recto aperturas fenestrarum at-
que intervalla, si (exclusa omni inæqualitatis ratione) lati-
tudines fenestrarum sigillatim suis distantias prorsus æqua-
les præscribuntur.

Pramonendum.

In quolibet pariete aut muro multitudo distantiarum su-
perat multitudinem fenestrarum unica vice, numerus autem
par atque impar (sive sequens sive antecedens parem) quo-
que differunt à se invicem unitate, horum ergo duorum sum-
ma erit perpetuo impar; siveque numerus quotitatis inter-
vallorum junctus multitudini fenestrarum constituit semper
numerum imparem.

Regula.

Divide datam muri longitudinem (citra appositionem
fenestræ alicujus mentalis) per mediocrem fenestræ latitudi-
nem v. gr. $3\frac{3}{4}$ aut 4. pd. absoluta dein divisione, discerne quo-
ti prodeuntis discriminem quadruplex.

I.

Si quotiens divisionis sit numerus integer simulque im-
par, nullo amplius opus est labore, electus enim divisor re-
tinebitur tam pro definienda fenestræ latitudine quam ipsa-
rum

rum fenestrarum distantia mutuâ. quotus hic impar dispeca-
tur deinde in 2. partes inæquales unitate a se invicem diffe-
rentes, quarum minor indicat multitudinem fenestrarum,
major autem intervallorum quotitatem.

II.

Si autem quotus fiat quidem integer, sed numerus par,
tunc sumo proximum imparem numerum, (respiciendo ma-
gnitudinem divisoris prioris) atque per hunc divisorem cor-
rectum divido rursus propositam parietis longitudinem, &
quotiens sic emergens exhibebit desideratas distantias suis fe-
nestrarum latitudinibus æquales.

III.

Si quotus ex divisione muri per assumtam i. fenestræ
latitudinem ortus, est numerus ex integro impari & fractio-
ne mixtus, tunc fractione remota, retine saltet reliquum
quotientem imparem pro emendato divitore. v. gr. Paries
 $28\frac{1}{8}$ divisus per $3\frac{3}{4}$ dat $7\frac{1}{2}$ ergo divide rursus $28\frac{1}{8}$ per 7. &
constabit quæstum $4\frac{1}{16}$ ped.

NB. Si fragmentum huic quoto impari adhærens pro-
pius accederet integræ unitati, tunc considera istum quotum
ac si esset unitate auctus & par, sic enim tractari debet per
num. II.

IV.

Si denique resultans quotus ex integro numero com-
ponatur cum adjuncta fractione quadam, ubi tamen portio
integra est par, tunc neglecta fractione, sume propiorem nu-
merum imparem (juxta divisoris conditionem) pro Divisore

46 (14) 50

secundo, ostendetque sic quotus ex iterata divisione prove-
niens, id quod volebas.

Egr. dividatur paries $18\frac{2}{3}$ per 4 habebis $4\frac{2}{3}$ pro quo
assumes 5/ institutaque divisione nova, erit quotus $3\frac{1}{5}$.

Scholion.

Potest in hacce praxi commode etiam usurpari Tabu-
la fenestrarum superius descripta, quare scil. in descensu co-
lumnæ mediæ fenestrarum v. gr. $3\frac{3}{4}$ vel 4 pd. ipsam datimuri
longitudinem, vel saltē (si ista non occurrat) sume nume-
rum illi propiorem cuius nempe index in AC sit impar; sive
nunc parietis longitudo plenè ibi reperiatur, sive non, tamen
procede sinistrorsum usque ad columnam AC. & ostendetur
ibi aliqua multitudo par vel impar, indicem parem semper re-
jicies, imparem autem multitudinem retinebis (ob rationem
in principio statim hujus praeos adjectam) pro divitore to-
tius parietis, qua divisione finita patebit latitudo fenestrarum,
quæ hic semper est æqualis ipsarum intervallis.

LEMMA. vid. fig. 4.

Si detur paries aut murus quidam AB. cuius portio CB.
præsentet collectionem singularium distantiarum inter fene-
stræ (exclusis interim ipsis fenestris) residuum vero CA. sit
summa latitudinum ipsarum fenestrarum (sine distantiis alias
interjectis) jam, cum semper fenestræ sua multitudine unica
vice ab interstitiis superentur, hinc ut æqualitas multitudinis
inter utrasque obtineatur, continua interim datum parietem
BA. versus L. per fenestram unam AL. talem, quales reperiun-
tur in AC.

Quo

Quo posito, construe super basi LB. Trigonum æquilaterum LGB/ ductis simul rectis AG. CG. porro ex A (ubi fene- stra apponebatur) duc lineam AF. cum latere LG. parallelam, atque per hujus AF. rectæque GC. intersectionem F. age ali- am rectam HFE. parallelam cum basi LB. orietur parallelo- grammum LHFA, & erit HF = fenestræ LA. (Significabit au- tem imposterum HF. & FE. rationem fenestræ ad i. interval- lum.) Cum itaque in LC. sint totidem fenestræ, quot reperi- untur distantia in CB, erit FE unica fenestrarum distantia. Est enim, ut omnes fenestræ LG ad unam fenestram HF, sic o- mnes (totidem cum fenestris) distantia CB. ad unum inter- vallum FE.

Est porro, ut summa (HE+FE)i. fenestræ & i. intervalli, ad aggregatum (LA+AB) i. fenestræ totiusque parietis, sic u- na fenestra (HF) aut LA ad summam (LC) omnium fenestra- rum, ita etiam unum interstitium (FE) ad collectionem (CB) omnium distantiarum.

Præterea est in ead. fig. 4. ut LC. ad HF. ita LA ad HD, cumque HF. per construct. sit = LA, erunt rectæ, (LC) scil. omnes fenestræ item (HF) sive i. fenestra, & pars ejus aliquotæ (HD) in proportione continua.

Est item, ut summa (HE) i. fenestræ & i. interstitii, ad summam (LB) i. fenestræ & torii muri, sic aggregatum (DE) i. fenestræ, una ejus parte aliquota HD prius imminutæ & in- tegrity i. intervalli, ad ipsum (AB) totum np. parietem (exclu- sa sc. fenestra adjecta) sic quoque residuæ partes (DF) aliquo- ta ex fenestra HF. ad summam (AC) pedum quæ cedit omni- bus in AC fenestrarum latitudinibus, unde.

PRA.

PRAXIS III.

Explorare in omni muro plano, fenestrarum interstitio-
rumque latitudines, si (exclusa penitus æqualitatis ratione,
inter hæc illasque) speciatim determinatur (vel in numeris,
vel in lineis) sub qua inæqualitatis proportione fenestræ à di-
stantiis superantur, aut contra illas superantur.

EXPLICATIO, per fig. 4.

Murus iste sit AB, v. gr. $7\frac{1}{4}$ ped. rectæ HE. & FE. osten-
dant rationem inæqualitatis, v. gr. ut 2. ad 3. inter 1. fenestram
ejusque i. intervallum, quorum multitudo & absoluta quanti-
tas in ipso AB. est querenda. Ad hoc est opus sequenti præ-
paratione: Accipe terminorum proportionalium summam
HE, quæ est 5, dein adde dato parieti AB $7\frac{1}{4}$ ped. interim
unam mediocrem fenestram LA. v. gr. $3\frac{3}{4}$ aus 4. ped. latam,
(hic quidem 4) & infer per nostrum Lemma: Ut summa HE.
id est 5, ad terminum (fenestræ respondentem) HF 2, sic ag-
gregatum LA + AB, nempe $7\frac{1}{4}$ p. ad portionem ejus LC
 $30\frac{1}{10}$ ped. pro fenestrarum inibi contentis (omnibus spatiis exclu-
sis) quarum ergo sunt totidem, quot in residuo CB mera sunt
interstitia,

Quære deinde hos $30\frac{1}{10}$ ped. in superioris tabula A. B.
C. D. columna electæ fenestræ (hic 4. ped.) cum vero huncce
numerum ibi non reperias, sume propriem, nempe 32, cui
fenestrorum in columna extima AC respondet index VIII. fe-
nestrarum in LC. contentarum, quem numerum asserva.

Ipsa

§§ (17) §§
Ipsa hujus Praxeos resolutio.

Ex his constat, AC continere 7 fenestras, & CB 8 illarum intervalla, inde jam constitue fractionem $\frac{7}{8}$ pro DF, (cujus sc. numerator est multitudo fenestr. in AC, denominator vero ipsa- rum numerus in LC) Sume ergo $\frac{7}{8}$ de termino (fenestræ) ra- tions antecedente HF 2, & prodibunt $\frac{14}{8}$ pro DF, hoc adde al- teri rationis termino FE, 3, sive $\frac{24}{8}$ summamque horum DE $\frac{38}{8}$ retine, infer nunc ita: Ut summa DE $\frac{38}{8}$ se habet ad fractionem DF $\frac{14}{8}$, id est, ut 19 ad 7, sic ipse murus AB $\frac{7}{4}$ p. se habet ad veram ejus partem AC, $26\frac{1}{4}$ ped. adæquantem 7 fenestras, cu- jus ergo $\frac{1}{7}$ nempe $3\frac{3}{4}$ p. est pro mensura 1 fenestræ absoluta,

Denique dic: ut binarii ratio (sc. fenestræ) ad ternarium,
(intervallum) sic latitudo 1 fenestræ inventa $3\frac{3}{4}$ ped. ad 1. ejus interstitium $5\frac{5}{8}$ ped.

Hoc calculo itaque præmisso, reliqua hujus possunt geo- metricè construi, vi Obs. I, Cap. hujus.

C

Alia

Alia Exempla.

I.) Sit paries AB $29\frac{1}{16}$ ped. cui interim appone 4 ped.
 (pro fenestra mediocri LA) ratio fenestræ HF ad unam distan-
 tiā FE sit, ut 4 ad 3, jam conclude, ut HE $7\frac{1}{4}$ ad HF 4, sic LB
 $33\frac{1}{16}$ ad LC $18\frac{25}{28}$ sive 19 quam prox. quibus in tabulæ fenestra-
 rum columnæ 4 pedum respondent 20 ped. pro 5 fenestris, ergo
 in AC sunt 4 fenestræ, hinc accipe $\frac{4}{5}$ de termino rationis ante-
 cedente HF 4, & aderit DF $\frac{16}{5}$ horum summa cum termino se-
 quente FE 3, sive $\frac{15}{5}$ constituit DE $\frac{31}{5}$ itaque infer. ut DE $\frac{31}{5}$ ad
 DF $\frac{16}{5}$ sic paries AB $29\frac{1}{16}$ ad ejus partem AC 15 pedum, cuius $\frac{1}{4}$
 ficit unam fenestram $3\frac{3}{4}$ tandem dic: ut 4 ad 3, sic $3\frac{3}{4}$ ad $2\frac{13}{16}$
 ped. tanquam unum intervallum.

II.

Detur murus AB 80 p. ratio HF ad FE sit ut 1 ad 2, fenestra
 LA supponatur interim $3\frac{3}{4}$ p. his positis ita argumentor: ut HE,
 3, ad HF, 1. ita LB $83\frac{3}{4}$ ad LC $27\frac{11}{12}$ cui in tabula sub fenestra
 3 p. 9. dig. proxime respondent 26. 3, cuius index lateralis in
 tabulæ

55 (19) 55

tabulæ columnæ AC est 7, pro totidem fenestræ in LC, porro ad-
de DF $\frac{6}{7}$ ad FE, 2. sive $\frac{14}{7}$ pro summa DE $\frac{20}{7}$, atque conclude: ut
 $\frac{20}{7}$ ad $\frac{6}{7}$ sic 80 pedd. ad partem AC 24 p. complectentem 6 fe-
nestræ. Ergo latitudo i fenestræ vera est 4 p. unumque inter-
vallum est 8 pedum.

Observationes.

1) Potest hoc quoque referri ista proportio, cum deside-
ramus in parietibus summam omnium fenestrarum aqualem di-
midia parietis longitudini, ita ut alterum ejus dimidium con-
ficiat numerus singularum distantiarum, licet nihilominus, uti
perpetuo, quotitas intervallorum superet unica vice quotitatem
suarum fenestrarum.

2) Nec minus & illud est commemorandum, si fig. 8.
fenestræ biquadratas vel elatiōres ita disponere sit animus, ut
summa latitudinis AX distantiaque XC, referat exactè ipsarum
altitudinem AB posse hanc proportionem unicæ contignationi
(Stockwerck) & quidem primariæ interdum accommodari.

3) Utile quoque erit ut moneamus, si fenestræ quādam
applicantur tecto Gallorum interrupto (cujus inventorem Fran-
ciscum Mansartum prædicant.) posse commodissime tympanum
sive tectum illarum trigonum statui in superiori parte tecti
supra inflexionis lineam, vid. fig. 8.

SECTIO II.

Agens de

Istis muris sive parietibus planis, in quorum medio introitus
ædium est parandus, sive recta excurrant parietes, sive
aliqua inflectantur versura. C 2 Ex-

Explicatio.

Hactenus quidem illos tantum parietes sive muros consideravimus, qui omni carent janua aut porta, nunc etiam ordinendi tanget hos parietes in quorum medio insimae contignationis aditus adificii debet patere, hic autem sit vel per januam ordinariam, vel per portam aliquam (*Thorfabrt.*)

Quod attinet illarum latitudines, has supra in principio statim hujus Cap. I. recensuimus.

Si itaque in medium parietis aut muri est ornandum quadam janua, tunc eo prospiciendum, ut in contignatione secunda & seqq. superioribus numerus fenestrarum semper ordinetur impar, (excepto casu illo, ubi porta adornatur) opus enim est ut haec janua exacte occupet ipsum muri medium versus terram, sic enim a dextris janua idem praeceps numerus fenestratum poterit applicari, qui est a sinistris ipsius, prout utique decebat. mentem autem meam declarabo per fig. 3. Sit itaque paries AB, cuius punctum medium est C, si nunc hoc C simul bifariam fecerit januam DE, supererit portio DA aequalis partis EB, unde in una harum partium non possunt plures statui fenestræ, quam in altera, (si Symmetriam & regularitatem observare velis) siveque constituetur numerus omnium fenestrarum circa januam par, in contignationibus autem superioribus januae semper perpendiculariter imminet fenestra quedam primaria, numerum fenestrarum antea parem unitate augens, itaque semper inde enascitur numerus fenestrarum impar.

Nil nunc supereft, quam ut deliberemus, utrum sit convenientius dispositionem partium in contignatione insima dirigere juxta distributionem fenestrarum secundæ contignationis superioris, sicut enim sic (quia janua primaria ordinariam fenestræ

nestra latitudinem superare debet,) ut distantia inter januam atque proximas utrinque sibi fenestras, evadat paulo minor reliquis fenestrarum distantiis.

An potius eligamus, ut janua (imprimis amplior) tantundem distet à proximis sibi fenestris, quantum fenestra à se invicem removentur, (hoc enim modo fenestra media superiorum contignationum magis distabit à reliquis, quam hæ ipsæ fenestrae inter se disjunguntur.) Existimo autem posterius esse retinendum, si janua architectonicè ornari debet, ubi interdum major adhuc requiritur distantia.

PRAXIS I.

Determinare in muris nulla versura inflexis, (h. e. rectâ extensis) latitudines fenestrarum tuorumque intervallorum, ubi in contignationis insimâ medio janua vel porta quædam est statuenda.

Regula.

Bisecetur fig. 3, datus paries AB in C ex quo medio Cutrinque pone dimidiā januae aperturam CD = CE, hinc ordina ab utroque januae DE latere, in partibus nempe DA & EB residuis æqualem fenestrarum multitudinem, considerando sc. AD & EB tanquam 2 novos parietes inter se æquales, quos per regg. supra traditas rite in suas fenestras harumque intervalla dispenses.

EXEMPLA.

1) Paries vel murus AB f. 3. sit 53 pedum, cuius dimidium CB = 26 $\frac{1}{2}$, januae DE dentur 5 p. hujusque pars dimidia 2 $\frac{1}{2}$ subtracta à dimidio 26 $\frac{1}{2}$ muri, relinquit pro EB vel AD 24. p. quot debite in suas aperturas atque intervalla distribue, sint nunc fenestrae 4. p. existent spatha singula in contignatione januae 3 ped.

C 3

2.) Sit

2) Sit murus AB $40\frac{1}{2}$ p. janua DE 4 pedum, 1 fenestra $3\frac{1}{2}$ p. erit ergo distantia $3\frac{1}{4}$.

Si autem, uti in fig. 5. circa medium K muri AB statuenda sit porta quædam GL, 2 fenestras mediocres latitudine superans, tunc potest in superioribus contignationibus medio hujus portæ K imminere spatium quoddam fenestrarum interjectum, sic ut 2 fenestra intra G & L stent supra portam (poteritque interdum harum 2 fenestrarum latitudo cum spatio inter medio præcisè adæquare portæ amplitudinem) eritque ita numerus fenestrarum in omnibus contignationibus par.

NB. Quæ supra monuimus circa lineam murorum interiorem medianam, distributioni partium inservientem, hic quoque solicite sunt attendenda.

EXEMPLUM.

Sit fig. 5. murus aut paries AB 59 p. hujusque medium KB $29\frac{1}{2}$, porta GL dentur 9 ped. cuius dimidium KL $4\frac{1}{2}$ p. subtrahatur à dimidiato pariete KB $29\frac{1}{2}$ & restabunt $2\frac{1}{2}$ pro AG vel LB. has portiones autem dispescere in fenestras & distantias, uni fenestra dando vgr. 3 ped. cedent uni distantia 4 pedes, subtrahe nunc de latitudine portæ GL 9 ped. duplam fenestra latitudinem np. 6 pedes, supersunt 3 pedes pro intervallo fenestrarum supra portam medio.

NOTA.

Fere hoc credit is modus in quibusdam locis usitatus, ubi dispositio aperturarum interstitiorumque ita est facta, ut proxime circa januam domus locent 2 fenestras angustiores (cum reliquis tamen fenestrarum aut janua æque altas) contignatione autem secunda numerum fenestrarum parem complectente, ut distantia fenestrarum mediarum incumbat januæ, istarumque trium summa

§§ (23) §
ma sit æqualis aggregato inferioris januae cum binis fenestris sibi
utrinque annexis.

PRAXIS II.

IN parietibus vel muris una aut gemina interruptis versura,
(Vortrettung) indagare distributionem fenestrarum & distan-
tiarum, itemque januarum vel portarum.

Descriptio per fig. 6.

Si muri cuiusdam AB una vel altera portio CD (GH) sit
excisæ, & moveatur extrorsum in EF (IK) motu semper sibi
parallelo, ut inde existat rectangulum CEF D (GIKH) hoc ver-
sura muri (*eine Vortrettung oder Verkröpfung*) nuncupatur,
potest vero pars EF (IK) eousque ultra priorem murum CD
(GH) excurrere, ut parietes transversi CE, DF (GI, & HK) bre-
viores inter se æquelongi, vel admittant quandam fenestram
vel plane non.

Pro majori itaque murorum (juxta longitudinem plateæ)
extensione, una versura uti MPQN in fig 7. interdum non suf-
ficit, sed opus est, ut istis applicentur duæ aut plures ejusmodi
versuræ ab invicem muro ordinario v.gr. DRG in fig 6. separatae,
quæ ab imo sive plano terræ per omnes ascendere debent aedi-
ficii contignationes.

Requiruntur versuræ hunc in finem, ne ædes basi longiore
innitentes, appareant depresso nimis humilesque, præsentabit
sic qualibet pars muri procurrent peculiare quoddam quasi ædi-
ficium, præprimis si ista pars elatiō exstruatur partibus cæteris
& tectum aliter formatum (v.gr. tympanum triangulare) ac-
quirat.

Complectitur porro omnis versura ad minimum 2 aut 3
fenestras,

(24)

fenestras, cum suis interstitiis; quod nunc attinet decentem
versurarum situm atque longitudinem, tenendum, quod ver-
suræ in muris aut parietibus accuratè disponi nequeant, nisi
ipse paries absq[ue] versuris & in sua rectitudine consideratus rite
prius in fenestras harumque distantias concipiatur distributus,
tunc enim tali ratione formabuntur, ut semper uterque versuræ
paries transversus vgr. in fig. 7. MP & NQ bifariam fecet quod-
dam fenestrae intervallum.

Hic intelligi, uti semper, lineam muri medianam LMPQ
NO inter utramque ejus superficiem contentam, (quæ inserviat
divisioni fenestrarum) per se patet,

Tandem per ipsam Symmetriam hoc requiritur, ut fig. 7
latera MP & NQ mediae alicujus versuræ MPQN æqualiter ab-
sint ab utroque murorum angulo L & O, id est, ut LM sit = NO.
& si 2. ad sint versuræ, vgr. fig. 6. CEF D & GIKH, opus est, ut
non solum sint æque longæ EF = IK, & æqueprocurrentes
CE = GI sed etiam ut æqualiter distent à totius ædificii AB me-
dio R, id sit DR = GR.

Vel etiam, si per ante dicta, vgr. in fig. 7. versuræ MPQN
locus & longitudo PQ in pariete LO rite prius assignetur, po-
terit tunc quælibet hujus portio LM. PQ & NO tractari seorsim
tanquam peculiaris murus, in suas aperturas & fenestras rursus
subdividendus, juxta regg. supra datas.

Exemplum. fig. 7.

Exponatur murus LO 58 p. cui sit versura PQ inferenda,
eiususque medium A occupet janua primaria $4\frac{1}{2}$ p. omnes fe-
nestrae sint $3\frac{3}{4}$ ped. latæ, comprehendat hac versura PQ 3 aper-
turas & 4 spatia, si ergo interim pro uno tali spatio ponantur
 $\frac{3}{4}$ pedes, esset hinc PQ longa 24. ped. sicque restabunt pro LM &
NO

55 (25) 56

NO. 34. p. quibus apponantur in mente bis $\frac{3}{4}$ sive $7\frac{1}{2}$ p. pro
2. fenestræ, summæque $4\frac{1}{2}$ dimidijum $20\frac{3}{4}$ quare in Tabu-
lx superioris columnæ fenestræ $\frac{3}{4}$ ostendet index numeri
propioris $2\frac{1}{2} \cdot 6$ nempe VI. multitudinem fenestrarum multi-
dini interstitiorum æqualem, aderunt ergo (detractis rursus 2.
fenestræ mentalibus) 4. fenestræ & 6. spatia in partibus LM.
& NO residuis, siveque in universum in toto pariete LO. 58. p. ha-
bebuntur sex fenestræ $\frac{3}{4}$ p. cum janua A, $4\frac{1}{2}$ ped. quæ jun-
ctim constituunt 27. p. hisque subtractis ab 58. supersunt 31.
pro omnibus 10. distantiis, hinc unum foret spatiū $= 3\frac{1}{2}$ p. cum
autem fenestræ in PQ (propter illarum ornatum) plerumque
postulent majores distantiæ quam reliquæ in LM. aut NO fe-
nestræ, hinc possunt singulis 6. distantiis in LM. & NO occur-
rentibus tribui; p. porro summam harum np. 18. deme aggre-
gato 31. (omnium 10. intervallorum totius muri,) residuum 13.
erit pro reliquis 4. distantiis in PQ obviis, unde una harum ac-
quiaret $3\frac{1}{4}$ p. concludetur inde tandem vera versuræ PQ longi-
tudo 25. ped. pars LM. autem fiet $16\frac{1}{2}$ æqualis parti NO, uti
decebat. Quod laterum transversorum MP & NQ longitu-
dinem concernit, illa poterit tanta sumi ut in sui medio fene-
stram contineat angustiorem 2. ped. tantum latam, sed cum
reliquis æquealtam.

CAPVT II.

DE

Fenestrarum & spatiorum varia determinandi ratione, si ædibus
ornatus super accedit architectonicus, sive in ipsis tantum
fenestræ, sive per interpositionem columnarum parietina-
rum.

D

I.

De Axium distantia in columnis rite invenienda,
sive de sic dictis Intercolumniis.

Columnatio sive Intercolumnium (Seulen-Weitte) est proportionata 2. columnarum distantia inter suos axes CD, (fig. 9.) certum habens respectum ad ipsarum altitudinem.

Olim quidem habebatur pro spatio intermedio AB inter superficies 2. Columnarum relictum (eine Zvischen-Weitte) sed nos retinebimus priorem significatum.

Hæc vero distantia columnarum centralis præcise debet definiri vel à spacio inter axes 2. triglyphorum (dreychlitz) Doricorum, vel ab intervallo comprehenso inter centra 2. vicinorum mutulorum (Sparrenköpf, Modillons) ordinum deliciorum.

Nota, quod distantia centralis prima triglyphorum aut mutulorum semper sit (aut certe esse debeat) una pars columnæ aliquota.

Primum sive minimum intercolumnium dicitur Rissalita, hocque debet adsequare maximam capituli aut baseos columnæ spissitudinem, ne membra columnæ se invicem tegant & penetrant.

Si nunc hæc referamus ad triglyphorum distantias aut mutulorum inter se, patebit, tria mutulorum intervalla aut unum triglyphorum interstitium dare Rissalita tale, hincque inter columnarum gemina adest mensura.

Columnæ, quæ hocce interstitio primo se junguntur à se invicem, appellantur columnæ conjugatae. (Kuppel- Seulen.) Reliqua porro intercolumnia quæ hocce Rissalita in sequuntur, sunt in progressione arithmeticâ, cœluntque semper per unicam triglyphorum aut mutulorum distantiam, centri, usque dum in altitudine totius columnæ maximum sub. ficitur intercolumnium (pro columnis sc. parietinis.)

Licet

Licet nunc quædam tantum trabeationes ornentur mul-
tulis aut triglyphis, nihilominus tamen similis sumitur pars ali-
quota aut aliquanta talis columnæ, quæ nullos triglyphos gerit
aut mutulos pro suo intercolumnio, quæ erat accepta in alia co-
lumna possidente hunc ornatum.

In Zophoro ordinis Toscani occurrunt Antepagmenta vi-
cem triglyphorum aliquo modo supplentia.

Illustrationis gratia proferam sequentes numeros: Imitor
hac in parte B. Patrem meum Joh. Balthasarem, is in tractatu suo
de 5. ordinibus: *Abregé de l' Architecture civile*, qui post fata ejus
prodiit Amstelodami Anno 1699. in 12mo sequentia tradit:

Assumit nempe in qualibet columna totam diametrum in-
feriorem scapi teretis pro uno modulo, eamque subdividit in 60.
minuta, in hoc secutus Vitruvium & Scamotzium, principes Ar-
chitectorum.

Columnarum altitudines fecit tales:

Toscana habet 7 Modulos, dorica $\frac{1}{2}$ Jonica 8, mod. 4.

m. Romana 9 $\frac{1}{3}$. M. Corinth. 10. Mod.

Quod triglyphos Zophori Dorici attinet, horum axes distant
 $\frac{1}{4}$ M. sive 75. m. & hoc spatiū largitur Doricum Rissalita.

Si nunc totam dividamus Doricam columnam $\frac{1}{2}$ M. per
 $\frac{1}{4}$ prodibit quotiens 6, hicque est indicio in reliquis colu-
mnis omnibus partem columnæ sextam debere pro primo sumi
intercolumnio, unde sequentia oriuntur Rissalita: nempe Tosc.
70. min. Dor. 75. Jon. 80 $\frac{2}{3}$ m. Romanum 9 $\frac{1}{3}$ Corinthicum 100.
minutorum unius Moduli sexagesimorum, sequentia dein 5.
triglyphorum intercolumnia ex his datis porc facile inda-
gantur, addendo sc. quodlibet Rissalita sibi ipsi successivæ tot
vicibus donec tota confletur columnæ altitudo.

Tabulam columnationum pro mutulis (Modillons) omisit, quam ego itaque addam:

Retineo has trabeationes; Tosc. 105. min. Dor. 112 $\frac{1}{2}$ Jon.

121. m. Romana 140. Corinth. 150. m. quæ sunt $\frac{1}{4}$ supra posticarum columnarum, hinc sejungo centra murulorum per quadrantem memoratæ cujuslibet trabeationis (five per 16 totius columnæ) scil. T. 26 $\frac{1}{4}$ min. D. 28 $\frac{1}{4}$ J. 30 $\frac{1}{4}$ R. 35. C. 37 $\frac{1}{2}$

Pro quolibet Rissalita inveniendo, ornans hos numeros triplicavi, ut prodeant T. 78 $\frac{3}{4}$ D. 84 $\frac{3}{4}$ J. 90 $\frac{3}{4}$ R. 105. C. 112 $\frac{1}{2}$ m. huic primo intercolumnio porro addatur continua una inutilem distantia & habebuntur ordine reliqua mutulorum intercolumnia usque ad 14tum, quod conficit iterum totam columnæ suæ altitudinem.

II.

De Ornato architectonico januarum & fenestrarum.

Hic ornatus semper respicit ordinem sua contignationis in qua hac apertura reperitur. In ipsis nempe fenestris aut januis quæ juxta proportionem duplam sunt constructæ ita versandum: Consideratur hac altitudo tanquam columnæ quædam, cui trabeatio sua debeat imponi, continens $\frac{1}{4}$ vel $\frac{2}{9}$ columnæ, hacque de causa dividitur tota janua altitudo in $\frac{4}{9}$ quales partes, pro acquirenda superliminaris aut trabeationis altitudine.

In aliis autem muri aperturis, dupla proportione non perfecte gaudentibus, respicitur potius istarum latitudo (quia hac in omnibus contignationibus manet eadem, non autem semper fenestra altitudo) sumendo $\frac{1}{2}$ vel $\frac{3}{7}$ aut $\frac{4}{9}$ hujus latitu-

titudinis pro dicta superliminaris (Thür. oder Fenster-Gesimsse) altitudine.

Inventa hæc trabeationis altitudo rursus dispescitur in 12. partes æquales, harum 4. tribuuntur Epistylio (Architrave oder Unterbalcken) tres Zophoro (Borten oder Fries) & 5. Coronici. (Haupt-Gesims) Quibus ulterius superimponere sollemus frontispicium quoddam triangulare aut arcuatum, (Giebel. Tächlein.)

Applicantur vero hæc ornamenta fenestræ aut januis diversimode, mox enim solum simplex aliquod Epistyliū (Architrave) lateribus aperitur et circumducitur, cum suis hincinde dispositis versuris (Verkröpfungen,) hoc modo: fig. 10. n. 1. Sit v. gr. fenestra abd, cuius altitudo ac der latitudinis cd duplum, hujus latitudinis $\frac{1}{6}$ vel $\frac{1}{7}$ est ipsa epistylii ge latitudo ordinaria, quæ à versuris bf & ik augetur per fg qui excessus est æqualis Altitudini 2. supremorum in epistylio membrorum, longitudo superioris versuræ bf adæquat duplum latitudinis fe majoris, inferioris autem versuræ ik altitudo facit $\frac{2}{3}$ de supraemis bf, vel ik est pars sesqui altera ejusdem latitudinis fe.

Huic primæ lineæ hsgik versuris inflexæ ducuntur intus latera reliquarum regularum, cymatiorum & fasciarum parallelæ, externas versuras imitantia.

In januis omnia eodem se habent modo, nisi quod in fenestræ adhuc superstis limen inferius L, ornatum toro, regula & Cymatio, (vocatur das Sob. Stück) quodque latitudine plerumque cedit epistylio ge.

Solent quoque sepiissime hocce epistylum omnibus fenestræ lateribus circumcirca applicare, ubi (fig. 8.) inferne novas quoque accipit versuras.

Hoc in casu debet distantia Iuminis fenestrarum contine-re minimum $\frac{5}{6}$ ipsarum aperturæ. Si vero (fig. 10. n. 2.) supra hocce epistylum N. limini fenestrarum aut januarum su-

periori ab adhuc reliqua adduntur trabeationis Y X partes, np.
Zophorus M. (qui à quibusdam plane omittitur inter partes
cæteras) & Coronis O, tunc notandum 1.) quod Epistylium
absque versuris maneat rectum (limine tamen inferiore L. in
formam Coronis stylobatæ, constructo.) 2.) quod ephoræ
membrorum in Coronice O, perpendicularum Q P R pro suo axi
agnoscant, estque RS = altitudini Coronis O. Tegitur hæc
trabeatio Y X dupliciter,

1.) Fit illud per simplicem tñiam quandam T. quæ tan-
quam Cymatum doricum (Hohlleiste) est excavata ut pluvia
eo citius delabatur, nec super trabeatione subsistat.

2.) Peragitur hoc, ope alicujus Frontispicij SZ S cuius
tympanum vel est triangulare vel arcuatum, sive construi-
tur: Absissa y u = ys, centro u ad intervallum us duc Ar-
cum sz s vel saltē in axi u z notetur punctum z & agantur
rectæ Z S. Z s. intra hunc arcum aut crura trianguli sz s trans-
fer nunc omnia coronicis subjectæ O membra sive erunt
hæc ornamenta debite elaborata. Quæ forsitan dici possent de
Anconibus, Zophoro pulvinato, & similibus, illa ex Archite-
torum scriptis petantur.

Distantia fenestrarum (in ipsarum lumine) hic sit ad mini-
mum illarum aperturæ æqualis, vel potius aliquantum ma-
jor,

III.

Monita, de columnis inter fenestras locandis, necessaria.

Hic ante omnia prius constet, per quot contignationes co-
lumnæ aut pilæ parietinæ debeant ascendere, si enim u-
nius saltē contignationis altitudinem acquirunt, possunt co-
lumnæ poni inter singulas fenestras, si autem columnæ per duas
aut tres pergunt contignationes, tunc sèpius binas atque bi-
nas fenestras inter se comprehendunt.

Pri-

Primario autem, si latera ædificii versuris distinguuntur, tunc fit frequentius, ut pars vel partes procurrentes columnis atque fenestris ornatoriibus instruantur, dum interea residuæ partes retrocedentes piane columnis careant & fenestræ illarum sint minus ornatæ.

Quoad longitudinem & latitudinem versurarum rectè formandam, opus est, in applicandis columnis, ut probe respicias distantias triglyphorum aut mutulorum in suis axibus, ne versuræ existant nimis longæ aut breves.

Haud raro, etiam infima contignatio tantum habet parasitas opereque rustico contenta esse debet, contignatione secunda autem exstructa aliquantum elatiore, cum fenestris altioribus atque suis decorata columnis, quia hæc in plerisque ædificiis habetur pro primaria.

Ultimò ad hoc erit attendendum, num columnis subjici debeant simplices quadræ, an ipsis ordinariæ subsint Stylobatae.


His probe perpendis, referantur in disponendis columnis, ipsarum altitudines (cum subjectis sibi quadris) ad aliquot triglyphorum aut mutulorum distantias, unde porro tam contignationis altitudo, quam summa i. fenestræ distantia que definiri debet.

Hæc omnia autem tendunt ad promtam Moduli determinationem in pedibus, digitis &c. si certa assignatur columnæ altitudo quoad pedes & digitos, quod tamen ope simplicis illationis per regulam Proportionum facile obtinetur, & nullius plane est artificii, à quibusdam nihilominus Empiricis hoc tanquam aliquid arcanum ridicule solet recondi.

Specialiora de his rebus ad aliud tempus nobis reservamus, sufficient interim hæc pro ratione præsentis scopi.

S. D. G.

300



D1 A 6586


ULB Halle
002 936 16X

3



S.6.

VDAZ





22.

A. D. G.
ARCHITECTONICAM EXERCITATIONEM
DE DISPOSITIONE
FENESTRARVM
ET
JANVARVM ICHNOGRAPHICA,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIP E AC DOMINO,
DOMINO
GVILIELMO HENRICO,
DVCE SAXONIÆ, JVL. CLIV. MONT. ANG. WESTPH. &c.
JSSV GRATIOSO ORDINIS PHILOSOPHICI
QVI EST IN
FLORENTISSIMA JENENSI ACADEMIA
SVB PRÆSIDIO
M. ANTONII BERNHARDI
LAVTERBACHII,
PVBLICO OMNIVM DOCTIORVM JUDICIO
EXPONET
IN ACROATERIO PHILOSOPHORVM
AD D. XXII. AVG. A. O. R. MDCCXVI.
FRID. WILH. HEYDENREICH,
MATH. & LL. ST. COTH. ANHALT.
— — — — —
JENÆ, Excudebat WERTHERVS.